



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Originvm Monasticarvm Libri IV.

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1620

Cap. II. De Cluniacensis familiæ prouincijs, ac monasterijs singularum prouinciarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11249

CAPVT II.

*De Cluniacensis familiae prouincijs, ac
monasteriis singularum pro-
uinciarum.*

INter varias familias, sub S. Benedicti fig-
nis militantes, nigrorum (vt à colore ve-
stis nuncupant) monachorum, longè nobilif-
sima fuit *Cluniacensis*, à Cluniaco d. Matisco-
nensis archicœnobio nomen mutuata. Fuit
ea olim in prouincias decem partita, videli-
cet *Lugdunensem, Franciæ, Prouinciæ, Pictaui-
sem, Aruerniæ, Vasconia, Alemanniæ, Lombardia,
Hispaniæ, & Angliæ.* Quot & quæ præcipua
singulis in prouincijs monasteria fuerint, pau-
cis commemorabo.

PROVINCIA LVGDVNEN-
fis.

CLuniacum, totius ordinis caput, in diœce-
si Matisconensi, anno 910. fundatum.
Gigniacum, in diœcesi Lugdunensi, B.
Berno, ex Comite primus Abbas Gigniacen-
sis, fundauit: vt interpolator Sigeberti Gem-
blacensis ad an. 895. commemorat. Idem quo-
que Balmenfis, in d. Vesfontionési, ac demum
Cluniacensis Abbas fuit. Habet autem Gign-
iacum annexos minoris notæ Prioratus,
hec est, vnus, duorum aut trium monacho-
rum

rum cellas, sexdecim.

Cari Loci Monasterium, in d. Matisconensi, fundarunt *Robertus* Valentinus Episcopus, eiusque frater *Eduardus*.

S. Marcelli monasterium, iuxta Cabilonem, fundauit *Guntrannus* Burgundiæ Rex: vt notat *Fredegarius* in appendice ad *Greg. Turonensem*: quod *Gaufredus* Comes Cabilonensis S. Maiolo Abbati Cluniacensi postea tradidit.

Marciniacum, monialium cœnobium, in d. Augustodunensi seu Eduensi, fundauit S. *Hugo* Abbas VI. Cluniacensis.

Nantuacum seu Nantoacum, Prioratus in d. Lugdunensi.

Decanatus Paredi in d. Eduensi.

Decanatus S. Vincentij, ibidem.

Decanatus Vergei, ibidem. Numerantur autem Decanatus XIII. ordinis Cluniacensis in vniuersum.

Amberta, Prioratus in d. Lugdunensi.

De Salis, Prioratus ibidem.

S. Magdalenæ P. in Charlesio, ibidem.

S. Romani P. ibidem.

Complectitur prouincia Lugdunensis, præter Abbatiam Cluniacensem, nouemdecim Prioratus, & tres Decanatus.

PROVINCIA FRANCIAE.

PRæter Abbatiam *Belli Loci*, in hac prouincia sunt quinquaginta monasteria: ex quibus

T 5

bus

bus 40. nominantur Prioratus, Decanatus 9. & domus vna. Est autem dicta Abbata sita in Argonia, & d. Virdunensi.

Prioratus B. Mariæ, de Charitate, in d. Autissiodorensi situs est. in *Charitate* opido agri Niuernensis, ad Ligerim fluuium, & extructus à S. Hugone Abbate VI. Cluniacensi. Habet annexos quinquaginta Prioratus minoris notæ, seu non conuentuales.

Prioratus S. Martini de Campis, in vrbe Parisiensi, habet triginta Prioratus annexos præter varias Præbendas, Curas & Capellanas, vt nuncupant.

Prioratus S. Petri, in Abbatif-villa, & d. Ambianensi.

S. Arnulphi P. in opido Crispeio, & d. Siluanectensi, habet quattuor Prioratus annexos.

Longi Pontis P. in d. Parisiensi.

Decanatus S. Dionysij apud Nogétum Rotrodi, quod est opidum agri Pertici in d. Carnuteni, fundatorem agnoscit *Gaufridum*, vicecomitem Castri-dunensem. dictus Rotrodus fuit pater Gaufridi.

S. Saluij P. apud Valentianas Hannoniæ opidum, in d. Cameracensi, fundatorem agnoscit *Carolus Magnum* Imperator, vt in Originibus nostris Benedictinis docuimus.

B. Mariæ P. de Nantolio, in d. Meldensi.

- S. Stephani P. in d. Niuernensi.
 S. Riueriani P. ibidem.
 S. Marię P. in Monte Desiderij, & d. Am-
 bianensi.
 S. Theobaldi P. in Castro Vitriaco, & d.
 Catalaunensi.
 S. Petri de Romiliaco P. in d. Boloni-
 ensi.
 SS. Petri & Pauli de Burgo P. ibidem.
 S. Stephani P. in Nameca & d. Leodien-
 si.
 S. Seuerini P. in Condrofio, ibidem.
 B. Marię P. de Bertreja ibidem.
 S. Victoris de Ceio P. monialium, iuxta
 Huium opidum d. Leodiensis.
 Domus de Annaio, d. Parisiensis.
 Grandis Campus P. in d. Meldensi.
 Luperciacum in d. Niuernensi, SS. Gerua-
 sio & Protasio sacrum.
 Decanatus S. Cosmę, in monte, d. Constā-
 tiensis.

PROVINCIA PROVINCIAE,
 Tarantasię, Delphinatus & Viennę, ha-
 bet Prioratus quadraginta
 quatuor.

S. Saturnini de Portu P. ad Rhodanum in
 d. Vceticensi, habet annexas cellas seu prio-
 ratus minores viginti septem.

S. Ioan-

S. Ioannis de Podoliano Prioratus, in d. Araufionensi, est vnitus cum collegio Auenionensi S. Marcialis, vt & domus Soergia.

Prioratus de Tornaco, in d. Nemanfensi.
S. Victoris P. in d. Cenuensi.
S. Marcelli P. Diensis, in d. Valentina.

PROVINCIA PICTAVIENSIS
& *Santonensis*, complectitur Abbantias
duas, Prioratus viginti & v-
num, & Decanatum
vnum.

Monasterium Nouum, siue Abbatia S. Ioannis Euangelistæ & Andree, in d. Pictauiensi, habet annexos Prioratus octodecim, & vnam domum.

Abbatia S. Ioannis Angehacensis, in opido eiusdem nominis, & d. Santonensi exstructa est à *Pipino* Aquitaniæ Rege, Ludouici Pij filio.

S. Eutropij Prioratus, in d. Santonensi habet annexos Prioratus minores tredecim.

Insulæ Aquæsis Prioratus, vulgò *Isle d'Aix*, in d. Pictauiensi.

Decanatus S. Ioannis de Roncenaco.

PROVINCIA ARVERNIAE,
præter duas Abbantias, continet Prio-
ratus nouem.

MAuziacensis Abbatia, in d. Claromontenti, fundata est per *Robertum* Aruerniæ Comi-

Comitem, eiusque filium *Guilielmum*, & tradita est Cluniacensibus anno millesimo nonagesimo quinto. Habet ea annexos Prioratus sexdecim.

Thiernenfis Abbatia, in d. Claromontenfi.

Silviniacum, S. *Maiolo* sacrum, in d. Augustodunensi seu Eduensi, quinquaginta olim monachorum fuit, habetque annexos Prioratus vndecim, & domos quinque.

Celfiniarum P. in d. Claromontensi, 40. olim monachorum.

Prioratus de Riuis, 20. monachorum olim.

PROVINCIA VASCONIAE,
præter Abbantias, complectitur Prioratus 12. & vnum Decanatum, cum vna domo.

MOisiacum Abbatia octoginta olim monachorum, in d. Cadurcensi, fundatum est à *Clodoueo* Rege Francorum, & instauratum à Ludouico Pio.

Abbatia S. Petri Lefatensis, aliàs de Pedelaxato, in d. Riuenfi.

Abbatia SS. Ceruasij & Protasij Exiensis, in d. Aginensi.

Abbatia Figiacensis, in d. Cadurcensi olim 40. monachorū, fuit secularizata (vt loquuntur) per Carolum à Lotharingia Cardinalem, & Abbatem Cluniacensem. Est hodie

die

die Canoniorum collegium, vt arbitror, celeberrime.

S. Licerij P. in d. Tarbiensi.

S. Orientij P. in d. Aufcensi seu Auxitana.

Decanatus S. Petri de Carennaco, in d. Cadurcensi.

Domus B. Mariæ de Moiracho, in d. Condomensi.

PROVINCIA ALEMANNIÆ,

Lotharingæ, & Burgundiæ, præter

Abbatiam Balmenfem, continet

Prioratus triginta.

BAlma, Abbatia in d. Vefontionēfi fita est. Eius fundator ac primus Abbas fuit *S. Euticius*: cui successit eius discipulus *Berno*, Abbas Gigniacensis, ac demum Cluniacensis. Bernoni successit eius nepos *VVido*, in regimine Gigniacensis, Balmenfis, & Aethicensis monasteriorum: vt in Notis ad bibliothecam Cluniacensem tradit Andreas Quercetanus.

Paterniaci monasterium in d. Laufanensi fūdauit *B. Adelheidis* Imperatrix: quod *S. Maiolo* Abbati Cluniacēfi eiusque successoribus commisit.

Romani monasterij Prioratus, vulgò *Romanmonstier*, in d. Laufanensi.

De Vallibus P. in d. Vefontionensi.

De Mortua Aqua P. ibidem, *Mortault.*

De Loco Dei P. ibidem.

De Monte Richerio P. ibidem.

De Villario monachorum P. ibidem.

S. Nicolai de Salinis, ibidem.

De Calce P. ibidem, *de la Chaux.*

De Alta petra P. ibidem, *Hault Pierre.*

De Fontenaio P. ibidem.

De Porta supra Sagonam, ibidem.

Vallis-Clusa P. ibidem, *Vaucluse.*

Insula mediij Lacus P. in d. Lausanensi.

Prioratus de Sella, aliàs de Nigra silua.

De Megijs P. in d. Lausanensi.

Vendopera, *Vendoeuve*, propè Nanceium
Lotharingæ metropolim, in d. Tullensi.

PROVINCIA LOMBARDIAE

feu *Italia*, complectitur 24. Prioratus

conuentuales, præter Abbatias

duas, & Prioratus mino-

res eisdem an-

nexos.

Abbatia S. Benedicti, ad Padum fluuium,
in d. Mantuana.

Abbatia monialium de Canturio.

S. Saluatoris monasterium, iuxta Ticinum
feu Papiã, exstruxit B. *Adelheidis* Imperatrix,
& S. Maiolo Abbati Cluniacensi regulariter
ordinandum tradidit.

S. Iacobi de Pontida P. 24. monachorum,
in d. bergomenfi.

S. Pau-

S. Pauli de Argono P. ibidem.

S. Aegidij de Fontenella P. ibidem.

PROVINCIA HISPANIAE,
præter Abbantias, comprehendit vigin-
ti quatuor Prioratus conuen-
tuales.

Abbatia Corneliana, apud Astures, in d.
Ouetensi.

Campus Rotundus, Abbatia S. Petro se-
cra, in Catalonia, & d. Gerundenfi.

Abbatia S. Mariæ Arularum, in Catalonia
& d. Elnensi.

Monasterium B. Mariæ de Nagera, in d.
Calagurritana, Prioratus olim triginta Mo-
nachorum.

Prioratus S. Pili de Carrione, 24. mona-
chorum, in d. Palentina.

S. Isidori P. 12. monachorum, ibidem.

S. Vincentij Prioratus, quinque mona-
chorum, in vrbe & d. Salmanticensi datus est
Petro Venerabili Abbati Cluniacensi, ab
Alfonso Hispaniarum Imperatore.

Villa-Franca seu Vallis carceris in Galla-
cia, & d. Asturicensi, Prioratus octo mona-
chorum.

Prioratus S. Vincentij de Palumberijs,
octo monachorum, in d. Lucensi.

Prioratus B. Mariæ de Ratis, quinque mo-
nachorum in Portugallia, & d. Bracarenfi.

Sunt

Sunt qui his addunt Abbatiam S. AEmiliani Cucullati, in d. Calagurritana sitam: sed hæc & alia supranominata monasteria hodie pertinent ad Congregationem Vallisoletanam.

PROVINCIA ANGLIAE ET

Scotiæ, præter Abbantias duas, solet habere Prioratus conuentuales triginta sex, & domos tres.

PAsselètum, Abbatia Scotiæ, in d. Glasculensi.

Abbatia de Crossagnier, ibidem.

Ex dicto monasteriorum ordinis Cluniacensis Catalogo patet trecenta plus minus cœnobia curæ ac procurationi Abbatis olim Cluniacensis subfuisse, præter ducentos quinquaginta aut circiter Prioratus minoris notæ, seu non conuentuales.

Præter monasteria hæctenus cõmemorata, & alia plurima institutum seu reformationẽ Cisterciensem olim sunt amplexa, vt *Bertinianum* apud Belgas, temporibus Hugonis Abbatis Cluniacensis, & alia alibi: vt nos in Chronico Benedictino docuimus.

Præter Sanctos instituti Cisterciensis, hæctenus recensitos, laudatur & S. *Albertus* Abbas, libro de Sanctis Bergomensibus, per M. Antonium Benalium, & Ioannem Antonium Guernarium, Bergomi an. 1584. edito.